

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De geomantia; de arte geomantiae - Cod. Karlsruhe 1769**

**[S.I.], [um 1600]**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-250045](#)

Ut quis hac tabula commodè vtatur, primum  
meminerit epactas eius anni quærendas esse cu-  
ius pascha investigatur; deinde à dextra ascen-  
dens sinistram verius eò ysque, donec ad colum-  
nam literæ Dominicalis eiusdē anni perveniat,  
in communi epactarum & Dominicalis literæ  
angulo pascha inveniri sciat.

*QUINTA REGULA  
De literæ Dominicalis & annibis-  
sextilis investigatione.*

**A**Nequam ad regulam accedamus,  
quatuor cognitu necessaria sunt  
notanda.

Primo tenendus est hic versiculus,  
Filius Esto Dei, Cœlū Bonus Accipe  
Gratis. in quo septē dictiōnum prime  
literæ indicant septem literas Domi-  
nicales.

Deinde constituantur septem ordi-  
nes commissurarum in quatuor digitis  
sinistre manus omisso pollice: videlicet  
tres in manus parte intrinseca, totidē-  
que in extrinseca, & septimus in sum-  
mitatibus digitorum quæ pro commis-  
suris habenda sunt. Horum septem  
ordinum